# DE POETIS MEDICIS: COMMENTATIO

Georg Litzel

Digitized by Google

Viro
Doctrina Vſuque Excellenti
# Joanni Eccardo Troſtio,
Poliatro hucusque Spirenſi,
Jam Conſiliario & Archiatro Hohenloico digniſſimo,
*Fautori, Amico atque Compatri ſuo multis nominibus colendo,*
S. P. D.
Georgius Lizelius.

ERgo tandem diſceſſum paras, mi TROSTI, & SPIRAM noſtram ſolamine tuo deſtituis? Vide quid agas. Cives qui conſilio & ope tua frequentes uſi ſunt, laudant tuam humanitatem, prædicant tuam in curandis morbis præſtantiam, commendant tuam operam aliis ægrotis, quo fit, ut multi non ſine dolore ac gemitu te dimittant. Et ſi dicendum quod res eſt, omnis ordinis viri in te retinendo omnes vires tentarunt; ſed quo cum effectu? tardarunt quidem ſat diu profectionem tuam, aſt illam plane ſepire, ceu recte intelligo, non valent. Ecquid in cauſa eſt? Ipſe DEVS, ſummus rerum ar-

Digitized by Google

:er, qui viam tibi aperit, & quo vadas digito
i commonſtrat, nempe ad FERDINANDVM,
STRISS. S.R.I. COMITEM HOHENLOICVM, ut val-
liberaliter invitatus, valetudini Ipſius conſulas
entiſſime. Sic DEVM ducem magna cum ani-
ranquillitate ſequeris, nulla vel proventus, vel
itatis, vel famæ habita ratione. Ad cujus arbi-
ı nutumque, ut par eſt, & ego me totum fin-
quamvis tuus abitus mihi & familiæ meæ haud
m noceat. Magnam enim in hunc usque diem
n diligentiamque in valetudine noſtra tuenda
ɔuiſti, aut ſi improviſo morbus nos invaſit, ope
a feliciter eum depuliſti. Auxilio itaque tuo,
que intima quæ mihi tecum eſt, familiaritate
: conſuetudine jam jam privor, & ſi in tertium,
M illum PERILLVSTREM, oculos convertimus,
ium noſtrum langueſcit, brevique occidet. Ve-
amicitia, etiamſi locorum diverſitas nos ſeparet,
:adet, ſed potius firmior fiet, manebitque ſem-
ıa. In cujus rei teſtimonium opuſculum aliquod,
a cujuslibet noſtrum foro non alienum ſit,
e apud animum meum ſtatui. Et te quidem
concernit, COMPATER AMICISSIME, noſti Tho-
Bartholini, Medici quondam Hafnienſis, differ-
em de Medicis Poëtis, in qua Vir celeberri-
ɔmnis nationis ac linguæ viros tam priſci quam
rni ævi, qui res medicas metro complexi ſunt,
:e admodum & magno cum apparatu recenſet.
equidem ſupplere, tibique ſupplementa tradere

At dum varias illas celeb. Medicorum obſer-
ıes, quibus multa loca N. Teſtamenti docte il-
ıtur, ex collectione & editione CL. D. Georgii
ii, Medicinæ Practici apud Norimbergenſes fe-
ni, præcipue vero VEN. L. Io. Henrici a Seelen,
ıaſii Lubec. Rectoris celeberrimi, diatriben de
:orum meritis in S. Scipturam intueor, ſtatim
ium meum mutavi, atque de Poëtis S. Scri-
interpretibus commentariolum ſcribere in ani-



Digitized by Google

mum meum induxi, argumentum plane novum, & ut ego quidem arbitror, jucundum ac utile, quod non tantum Medicorum merita in literas humaniores, poëſin maxime, verum etiam in S. Scripturam ſingulari ratione docet, atque ad illuſtrationem ulterioremque amplificationem partim diſſertationis illius, qua Cl. Iacobus Burckhardus, Gymn. olim Hildburg. Profeſſor, Medicum graviſſimum humanitatis ſtudiorum vindicem ſcite & venuſte adumbravit, partim memoratæ laudati Io. Henrici a Seelen diatribæ de Medicorum meritis in S Scripturam, apprime facit. Quinquaginta, ſi illos numeraveris, reperies in hac tabula arti Machaoniæ deditos ex quacunque gente conſcriptos, qui vel integrum S. Scripturæ librum, vel libri partem, vel hiſtoriam aliquam e S. Codice, carmine illuſtrarunt. Alia, & magis viva interpretatio quam quæ proſaica eſt. hæc enim voces ac res nude tantum, illa vero rerum imaginem ornate oculis quaſi & animis repræſentat. Adjecimus ipſos quanta fieri potuit brevitate, librorum titulos, indicavimusque quo loco, anno, & qua forma illi prodierint Vitas auctorum addere noluimus, quum earum deſcriptiones plerumque alibi obviæ ſint; attamen ſolum patrium terramque, in qua Poëtæ noſtri geniti ſunt, artemque medicam exercuerunt, in ſilentio haud repoſuimus: tempus etiam, quo quisque vixit, ſi non aperte diximus, ex commemorato anno quo interpretationes ipſorum typis exſcriptæ ſunt, facile dignoſci poteſt. Accipe ergo, Consiliarie & Archiater Dignissime, hanc qualemcunque ſcriptionem loco carminis propemptici, in grati animi teſſeram, ſincerique affectus monumentum, atque ſi Deus vitam conceſſerit, exſpecta proximo anno Poetas Consiliarios Sacri Codicis Interpretes. Abi feliciter in novam tuam provinciam, eamque ut aſſoles cum laude adminiſtra. Vale, et me meosque amare perge. Perſcripſi

SPIRÆ NEMETVM XV. Calend. Ianuarias,

A. R. S. MDCCXXXXIII.

DE

Digitized by Google

DE

# OETIS MEDICIS

## ;. SCRIPT. INTERPRETIBVS COMMENTARIOLVS.

*aſpar ab Æckern*, Dodenavenſis Haſſus, Medicus Erdenſis, & Poëta haud infelix, metricam Epiſtolarum & Evangeliorum Dominicalium & Feſtivalium, itidem- paſſionis Chriſti hiſtoriæ verſionem edidit, ornæ 1703. 12. nec non Pſalterium Davi- elegiaco carminis genere alternatim expreſ- a Iohanne Henrico Majo, D. & Prof. Gieſ- celeberrimo, & ipſo, qui opus congeſſit, ue occaſionem & rationem præfixa præfa- expoſuit, Wezlariæ 1715. 8. *Paul. Aman-* Vratisl. Medicus, ſcripſit ad Joh. 1. de Incar- ne Verbi verſu Græc. Lipſ. *1655.* 4. *Caſpar Bar-* Belga, ex Theologo Medicus, Poëta ſum- præter varias hiſtorias, orationes, & epi- , quas e S. Codice depromſit, & miro ar- interpretatus eſt, ſtruxit etiam verſibus Canticum Canticorum Salomonis. extat in ōëmatibus ſæpius hinc inde excuſis: prodiit ıe cum Jacobi Lydii Sermonib. Convival. Bat. 1656. 4. maj. *Michael Barthius*, Me- Annæbergenſis, concinnavit diſticha ſacra de rchis, Prophetis, Apoſtolis & Evangeliſtis, ēlitarum Ducibus ac Regibus tum Hieroſo-



Digitized by Google

ſymitanis tum Samaritanis, deque piis ac præcipuis aliquot mulieribus, Lipſiæ 1572. 8, quæ Georgius Schumannus cum verſione ſua Græca & Germanica denuo edidit, ibid 1581. *Samuel Benedictus*, Medicus & Poeta inſignis, Bartaſii ſecundam ſeptimanam ſ. hiſtoriam ab Adamo uſq; ad Patriarchas ex Gallico Latine fecit, quæ Lipſiæ *1616.8.* cum notis Val. Hartungi prodiit. *Richardus Blackmore*, Anglus, Regis Wilhelmi III. Archiater, Poëta magni nominis, in ſacrarum præſertim literarum expoſitione piam operam ponens, vulgavit Paraphraſin totius libri Hiobi, ut & cantionum Moſis, Deboræ, Davidis, quatuor item ſelectorum Pſalmorum, aliquot capitum Eſaiæ, & capitis tertii Habaeuc, omnia verſibus Anglicis, Londini 1700. fol. *Joachimus Collius*, Medicus & Poeta haud vulgaris, Miraculis ſuis poeticis Jenæ *1669.* 8. excuſis inſeruit dialogum Caini & Abelis, Pſalmos item 1, 2, 3, 4, 5 & 91. mitis ſane & operoſiſſimis verſibus expoſitos. *Joannes Crato a Craffthеim*, trium Imperatorum Medicus, Pſalmos Davidis carmine ſcripſiſſe traditur; at unicum tantum, ſcil. Pſalmum 6. cum elegia de angelis Lipſiæ *1550. 4.* impreſſum ſcimus. *Caſpar Cunradus*, Med. Vratisl. Poeta vel ex Proſopographia melica, quam edidit, celebris, commendari quoque meretur ob Pſalmodiæ Davidicæ metaphraſin poëticam, in qua ſinguli Pſalmi ſingulari carminum genere ſine ulla eliſione evolvuntur, Olſnæ Sileſ. 1607. 8. Francof. ad Od. 1615. 8. illa ipſa 150. carminum genera in fronte cuilibet

et Psalmo adscripsit. Ejus etiam est Annali-
Evangelicorum paraphrasis Latino Germani-
Vratislaviæ 1611. 8. *Paulus Dolscius*, Pla-
sis, Medicus & Consul Hallæ Saxonum, Vir
ecissimus, auctor est non tantum versionis
ecæ Augustanæ Confessionis, sermone soluto,
ileæ 1559. Wittenbergæ 1587. & Lipsiæ 1730.
usæ, cujus exempla Philippus Melanchthon
Martinus Crusius an. 1559. & 1574. ad Joa-
hum & Jeremiam Patriarchas Constantinopoli-
os miserunt; verum etiam trium librorū sacro-
n Græcis versibus elegiacis translatorum, Psal-
i Davidis, Basil. 1555. 8. Eccles. Salom. Lips. 1559
& Sapientiæ Jesu Siracidæ, ibid. 1571. 8 de qui-
, eorumque vero auctore Dolscio in Hist. Poë-
Græc. Germaniæ pag. 81. seq. fusius egimus.
*colaus Doppius*, Chymicus Mindensis, circa
0. carmina in Evang. & Epistolas excudi fecit.
*dreas Ellingerus*, Professor Medicinæ Lipsien-
præter Paraphrasin poëticam Aphorismorum
Prognosticorum Hippocratis exposuit Mira-
i Christi ex quatuor Evangelistis, item Evan-
a Dominicalia, nec non præcipua Catechismi
ita versibus Latinis Lipsiæ 1546. 1560. 8. *Geor-
Ethrygius*, Medicus Oxfordiensis, valde se-
anno 1588. vixisse, & Psalmos Davidis versu
ino exposuisse a Joh. Pitsæo dicitur. *Fran-
us Fabricius*, Medicus Aquisgranensis, Gre-
ii Nazianzeni Christum patientem ex Græco
Latinum carmen convertit, Romæ 1542.
verpiæ 1550. 8. *Henricus Fabricius*, Phy-

ſicus Hornbacenſis, ſummas Evangeliorum Dominicalium tetraſtichis comprehendit, Argent. 1591. Biponti 1631. 12. *Baptiſta Fiera*, Medicus Mantuanus, dedit IV. Libros de Deo Homine & Evangelica hiſtoria hexametris, Venetiis & Baſ. 1544. 8. impreſſos. *Paulus Flemmingius*, Medicus & pars celebris illius legationis in Moſcoviam & Perſiam, in Poëmatibus ſuis tam Latinis Amſtelodami 1649. 12. editis, quam Germanicis Hamburgi 1641. Naumburgi 1666. & Martisburgi 1685. 8. publicatis, multa è S. Codice poëtice interpretatus eſt, inter quæ Pſalmi pœnitentiales cum Oratione Manaſſea eminent, verſibus Alexandrinis expreſſi, in quo genere ipſum Martinum Opitium vicit. *Hieronymus Fracaſtorius*, Medicus Veronenſis, & Poëta Virgilio haud impar, a civibus ſuis ſtatuam merens, ſcripſit duos libros, qui mire laudantur, de Joſepho, Jacobi Patriarchæ filio, e Geneſi, carmine Virgiliano. extant in ejus Opp. Venetiis 1552. 1584. 4. Genevæ 1671. excuſis, & ſeparatim cum Flaminii, Strozzæ & Zanchii hymnis in 8. & in ejus Carminibus, Antverp. 1562. 8. prodierunt etiam cum Jo. Cottæ & aliorum Poëmatibus Paravii 1718. 4. *Immanuel Henricus Garmannus*, Phyſicus Schnebergenſis, anno 1700. floruit. Pſalterium Davidis rhythmis Teutonicis in MSCto reliquit. *Martinus Gosky*, Medic. Brunsvicenſis, ſortem Judithæ & mortem Holofernis Latine cecinit, Francof. ad Viad. 1609. 8. *Fridericus Greiff*, Medicus & Chymicus Tubin-

ngenſis, emiſit quinquaginta Pſalmos Davidis imarios, Stuttgardiæ *1657. 12.* Geiſtlicher Gechte Vortrab, Tubingæ *1643. 4.* Der 4. Evanliſten übereinſtimmige Geſchichr-Beſchreibung riſti, ib. *1647. 4.* Septem meditationes in præcia añi feſta ib. 1647. 4. *Valent. Hartung*, Mecus Lipſienſis, edidit Decades Pſalmodiarum Dadicarum, quarum tertia a Pſ. 21. ad 30. alcaica :, quarta ſapphica, quinta phaleucia, &c. Lipſiæ 5 1578. *Ruſticus Helpidius*, Theodorici Gothom Regis Medicus, A. C. 500. clarus, hiſtorias & N. Teſtamenti triſtichis hexametris incluſit. ſtant in Ge. Fabricii Poet. Eccl. Baſileæ 1564. 4. Goldaſti Manuali Bibl. Francof. 1610. in Bibl. ?. Prodierunt quoque cum annot. Andr. Rivini pſ. 1652. 8. *David Herlicius*, Archiater Lubenſis, Carminum ſuorum variorum in libros IX. ſtinctorum Volumini I. p. 125. Stetini 1606. 8. ito, aliquot Davidis Pſalmos vario genere redtos inſeruit, diſticha quoque, & tetraſticha Evgeliorum Latine & Germanice compoſuit. *Heis Eobanus Heſſus*, Bockendorfii prope Franbergam in Haſſia natus, a Jac. Burckhardo inter edicos graviſſimos humanitatis ſtudiorum vinces p. 55. merito relatus, Poëſ. & Hiſt. Proſor Marpurgi, alias Rex Poëtarum dictus, mamam gloriam e ſcriptis ſuis, maxime iis quæ n recenſemus, adeptus eſt. Reddidit Pſalteum Davidis carmine elegiaco, Marpurgi 1537. quam ſæpiſſime poſtea recuſum Hallæ Sueorum, Argentorati, Lipſiæ, Witebergæ, Fran-

cofurti, Heidelbergæ, Basileæ, Tiguri, Lugduni, Parisiis, Londini. Proverbia Salomonis, quæ ei a Jacobo le Long in Bibliothec. Sacr. Tom. I. p. 713. tribuuntur, nunquam vertit, sed Salomonis Ecclesiasten carmine itidem elegiaco, Noribergæ 1532. 8. & sæpius hinc inde recusum, maxime cum Psalterio. Scripsit quoque epistolas poëticas, fictas quidem, at pias, & affectum scribentium secundum normam rei & S. Scripturæ docte exprimentes. ita scribit Deus Pater Mariæ Virgini, Maria Virgo Deo Patri, Maria Magdalena Jesu Christo, Maria Johanni, Lydia Paulo, Elisabetha Johanni Baptistæ. exstant Lib. I. Heroidum in ejus Opp. Poët. Hallæ Suev. 1539. 8. Francof. 1549. & 1564. 8. impressis. exstant etiam in Delit. Poët. Germ. T. 2. p. 1283. Concinnavit quoque Epistolæ 1. D. Pauli ad Corinthios capitis 7. Oeconomiam, carmine heroico, Basileæ 1578. 8. Inter poëmata ab Eobano edita refert Olaus Borrichius Diss. de Poët. §. 155. p. 129. etiam Epistolam ad Hebræos epico genere, & plerasque epistolas Paulinas elegis Latinis expressas; at fides sit penes ipsum. *Andreas Hildebrandus*, Physicus Stetinensis, pepigit distichа Evangelica, eaque Stetini 1622. 8. promulgavit. *Caspar Hofmannus*, Med. D. & Pr. Altorfii, septem Psalmos pœnitentiales carmine heroico donavit, Norimb. 1623. 8. exstant etiam in ejus Poemat. Sacris cum aliis 32. Psal. selectis, & Oratione Dominica, Altorf. 1651. 8. *Frideric. Jamotius*, Flander, Medicus & Poeta feliciſſimus,

præ-

eter ſeptem Pſal. pœnitentiales carmine Græco Latino, qui in Biblioth. Leidenſi Cod 57. MSC. ervantur, expreſſit etiam alios ſeptem Pſalmos, ta 1.6.12.15.104.119.128. verſibus Græcis, in- tos ejus Poematibus Antverp. 1593.4. maj. & ab en. Stephano jam ante Buchanani Pſalterio ſine e & conſule in 8. maj. impreſſo adjectos, quæ e- tio recuſa prodiit Argent. 1566.12.1568.1572. 575. & 1578. *Arturus Jonſtonus*, Scotus, Me- cus Regius, Poeta purus ac terſus, alter Bucha- anus, Pſalterium carmine elegiaco reddidit, Lon- ini 1637.8. & in ejus Poematib9 Middelb. Zeland. 642.16. Amſtel. 1706.12. editis. ante jam expo- iit quoque Canticum Canticorum eodem genere ondini 1633.8. & in ejus Poemat. l. c. impreſſis. *'etrus Kirſtenius*, Wratislavienſis, Medic. D. & rof. Vpſaliæ, Vir in literis orientalibus, Arabicis præſertim verſatiſſimus, Decadem ſacram canti- orum & carminum Arabicorum ex aliquot MSC atine interpretatus, Breslæ 1609.8. typis ſuis A- abicis ac ſumtib. edidit. Cantica ſunt Mariæ, Za- hariæ, Angelorum, Simeonis &c. *Henr. a Kroge*, ubecenſis, arti medicæ operam dans in Acade- nia Lipſienſi diem obiit an. 1679. æt. 24. & Ger- nanicam Pſalmorum Dav. metaphraſin poeticam eliqu t, neſcio an editam. *Andreas Libavius*, Med. D. & Gymn. Coburg. Director, reſurrectio- nem & judicium extremum, item querelam infer- nalem in Herode infanticida repræſentatam, ele- gantiſſimo carmine epico, Poematibus ſuis Fran- cof. 1602.8. inſeruit. Exſtant etiam in Delit. Poet.

Germ,

Germ. P. 3. p. 1. 51. *Jo. Petr. Lotichius*, Solitarienſis, Archiater Francof. ad Mœnum, Poeta excellens, Holofernem ſeu univerſam hiſtoriam Holofernis & Judithæ, juxta fidem & ſeriem V. Teſtamenti, heroico carmine conſcripſit, Baſil. 1616. Francof. 1625. 8. *Georgius Lothus*, Prof. Regiomont. & Archiater Brandeburg. publici juris fecit Pſalmodiam Davidicam ſive Pſalmos Davidis vario carminis genere expreſſos, Luneb. 1632. 12. *Nicolaus de Nancel*, Gallus, Med. Cæſarodunenſis, circa A. 1590. clarus, octo libros Biblicos Latino carmine interpretatus eſt, Jobum, Tobiam, Ruth, Judith, Eſther, Danielem, Proverbia Salomonis, & Sapientiam, 5. Volum. in fol. quæ MSCta exſtant in Biblioth. Colbertina. *Antonius Niger*, qui & quandoque *Nigrinus* & *Melas* ſibi audit, Wratislavienſis, medicinam fecit Brunsvigæ, & aliquot Pſalmos Davidis Græcis verſibus heroicis compoſuit, Lipſiæ 1552. 8. impreſſos cum verſione Latina. Pſalmi ſunt 107, 104, 51, 127, 128, 145, 146, 148, 149, 150. His autem ſe doctioribus anſam præbiturum ſperavit Pſalmos Davidis eruditius magnificentiusque, ut in præfatione ait, exornandi, confiſusque eſt fore aliquando ut exoriatur aliquis qui omnes Davidis hymnos Græco carmine ſit ita cantaturus, quemadmodum eos Eobanus Heſſus Poëtarum Germaniæ Princeps Latinis verſibus cecinit. ad quem laborem ſuſcipiendum, ni fallor, excitavit Paulum Dolſcium, quem ſupra laudavimus, quippe qui haud ita multo poſt, an. ſcil. 1555. omnes Pſalmos Græce vulga-

ıvit. *Johannes Oexlinus*, Phyſicus Gœppin-
ɛnſis, vitam Chriſti per omnes typos V. Teſta-
enti uſque ad miſſionem Spiritus S. verſibus ele-
acis deſcripſit tribus libris ſub titulo: Immanuel,
ubing. 1604. 12. quibus acceſſit quartus, Heilbr.
631. 8. inſerti quoque ſunt Delit. Poët. Germ.
4. p. 1160 uſque 1202. *Fabius Pacius*, Med.
icentinus, Pſalmos pœnitentiales in verſus Etru-
os transtulit, quos in ejus Poëmatibus invenies.
biit 1614. *Henricus Pantaleon*, D. & Prof.
led. Baſileæ, Philargyrum ſeu Zachæum publi-
ıum Chriſtum hoſpitio excipientem jambis in
enam produxit, Baſ. 1546. 8. *Joannes Pincier*,
ledic. D. & Phyſ Prof. Herbornæ, paraphraſin
oeticam in Parva Biblia ſive Catecheſin quæ in
ılatinatu traditur, Herb. 1603. 8. promulgavit.
*ohannes Poſthius*, Electori Palatino a conſiliis
edicis, annum ante obitum ſuum a podagra ve-
ıus cum ædem ſacram adire non poſſet, con-
ɪrtit Evangelia Dominicalia in odas Teutonicas
d melodias partim Cantionum Lutheranarum,
ırtim Pſalterii Lobvvaſſeriani, Heidelb. 1596. &
mbergæ 1608. 12. *Joh. Conradus Rhumelius*,
ledicus Werdæ Noricorum & Poeta interpres
ultorum S. Scripturæ librorum præſtantiſſimus.
us eſt Eſtheræ liber paraphraſi poetica Latina
cenſitus, Norimberg. 1621. 8. Canticum Can-
corum, ibid. eod. anno & forma. Ezechias redi-
vus ſive paraphraſis heroica Cap. 36, 37. & 38.
ɛſaiæ. in Conr. Rittershuſii Aſſe fatidico, Amberg.
604. 8. Lamentationes Jeremiæ, Norimb. 1625. 8.

Pa-

Paraphrasis Danielis, ibid. 1616. 8. Hoseæ Prophetia, ibid. 1617. 8. Paraphrasis poetica in Prophetam Nahum, ib. 1624. 8. Zephanias Propheta paraphrasi poetica, ib. 1623. 8. Haggæus carmine Latino redditus, cui p. 32. sq. historia Heliodori 2. Macc. 3. & de septem fratribus jussu Antiochi excarnificatis 2. Macc. 7. annexa est, ib. 1624. 8. Paraphrasis poetica in Zachariam, ib. 1618. in Malachiam ibid. 1627. 8. Sapientia Salomonis carmine heroico illustrata, ibidem 1615. 8. JEsu CHristi resurrectio, apparitio, ascensio, missio Spiritus Sancti, eidyllиis recensita, Amberg. 1610 in 8. Apocalypsis Johannis Theologi poetica paraphrasi heroica reddita, Norimberg. 1619 4. Paulus Frecherus in Theatro suo duodecim Prophetas minores a Rhumelio paraphrasi poetica donatos refert, quem & alii sequuntur; at sex tantum typis exscriptos novimus, reliquos ergo sex, si fides ipsi habenda sit, adhuc ineditos esse necesse est. *Henricus Smetius*, Flander, Med. D. & Prof. Heidelbergæ, ex arte poetica cui maxime deditus erat, magnam sibi famam confecit, inter alia edens Juvenilia sacra sive Regum Judaicorum libros tres versibus elegiacis, & Susannæ librum unum hexametris, Heidelb. 1594. 8 quos in prima ætate scriptos fere senex revisit, expolivitque: in tribus autem prioribus operam dedit, ut quæcunque notatu digna de Regibus populi Judaici sparsim in libris Samuelis, Regum & Chronicorum, nec non in Prophetarum scriptis continentur, collecta & in ordinem redacta

quam

Digitized by Google

uam planiſſime, abſque fuco poetico, quia ut ſe ait ſacra ſunt, lectore ob oculos poneret. *Paynerus Snoy*, Belga, Medicus Goudanus, cuius paraphraſis Pſalmorum Coloniæ *1538. 8.* & oſtea hic & alibi ſæpiſſime typis exſcripta haud gata eſt, ut quidam referunt, ſed ſoluta, Acoſtum ſeu de Filio prodigo Comœdiam fecit. *Laurentius Span a Spanau*, Nobilis Medicus, ræter poeticam Aphoriſmorum Hippocratis paaphraſin ſcripſit Meditationes in annua Evanelia carmine elegiaco, Smalcaldiæ 1574. in 8. *Andreas Sparmannus*, Suecus, Medicus Regius, oruit circa annum *1647*, expreſſitque Pſalterium Davidis rhythmis ac odis Suecicis, adjectis noalis. *Johannes Stephanus*, Italus, Patricius & Medicus Cenetenſis, cujus Opera Venetiis excu*1653.* fol. inter alia Tobiæ hiſtoriam carmine luſtravit. *Johan. Bernhardus Titius*, Phyſicus Werthemii, Pſalmos 6, 23, & 34. in verſus Latinos transpoſuit, a Chriſt. Egenolpho poeticæ ſalmorum Metaphraſi ſuæ Francof. 1595. 12. ſertos. *Daniel Wilhelm. Triller*, Archiater Saſſovicus, omnium hodie Medicorum ornamentum & decus, Poëta ingenioſiſſimus, & uem omnibus noſtræ ætatis Poetis, ipſi etiam ROCKESIO, Poetæ ſummo, longe præfero, ulta præclara ad pietatem & bonos mores faientia cecinit. Tantum hic commemorare licet, uæ ad interpretationem S. Literarum ſpectant, miſſis proſaicis illis Obſervationibus in varia V. Teſtamenti loca, & Additionibus ad Joannis

Dug-

Dougtæi Analecta ſacra, quas cel. Philologus Jo. Chriſtophor. Wolfius in Curis ſuis Philolog. & Criticis cum laude recenſet, earumque editionem exoptat. Struxit poëma epicum de nativitate JEſu Chriſti Germanice, quo ipſum Sannazarium, cujus partum Virginis omnes mirantur, multum ſuperat. Convertit ejusdem argumenti Joh. Gottfr. Herrichii Idyllion ex Græco in Germanicum, quod jam in Hiſtor. Poët. Græcorum Germaniæ pag. 298. laudavimus. Exſtant in ejus Poëtiſchen Betrachtungen, edit. Hamburg. 1725. 8 Pœnitentiam, nec non circumciſionem, paſſionem & reſurrectionem Chriſti, Eccleſ. Sal. IX. 7. ſq. & alia carmine exposuit Tomo II. Poëmatum Germ. Hamburgi 1737. 8. eodem titulo editorum. Hugonis Grotii CHriſtum patientem verſibus Teutonicis reddidit, doctisque annotationibus ſuis ornavit, Lipſiæ 1723. 8. O ſi integrum S. Codicis librum, vel ſaltem breviſſimam illam, at omni arte oratoria, Demoſthenica etiam & Ciceroniana longe majorem D. Pauli ad Philemonem Epiſtolam commendatitiam, paraphraſi poetica donaret! *Jo. Chriſtoph. Wenzel*, Medicus atque Poëta feliciſſimus, Gymnaſii Zittavienſis Director, Odas Germanicas fecit in omnia Evangelia Dominicalia & Feſtivalia, quæ prodierunt ſub titulo Geiſtliches Brand-Opffer, Altenburgi 1712. 12. Exſtant quoque in ejus Poematibus Cedern-Wald inſcriptis, Jenæ 1714. 8.

T. M. P. T.

Digitized by Google

GEORGII LIZELII
DE
# POETIS CONSILIARIIS
S. CODICIS
*INTERPRETIBVS*
*AD*
VIRVM PERILLVSTREM
CHRISTIANVM
GOTTLIEB de
PASSERN
CONSILIARIVM HASSIACVM
## Commentatio.

AVGVSTÆ NEMETVM
*Formis Christophori Henrici Goethelii*
MDCCXXXXIIII.

Digitized by Google

Viro Perilluſtri & Excellentiſſimo

# Chriſtiano Gottlieb de Paſſern

Sereniſſ. Haſſiæ Landgravio a Conſiliis

*Patrono, Fautori ac Compatri ſuo omni officiorum genere devenerando*

S. P. D.

Georgius Lizelius.

ERgo & TV diſceſſum paras, VIR PERILLVSTRIS, atque e receſſu Spirenſi cum illuſtri & numeroſa familia tua in Haſſiam redire cogitas? Spiræ reſpiraſti pauliſper a publicis muneribus, & laborem tuum in rem multo nobiliorem quam quæ mundana eſt, inſumſiſti. Non dicam de Vicennenſi Batavoque, aliisque breviculis itineribus, ſed de longinquis illis quæ ter in Ruſſiam feciſti. SEREN. Haſſiæ Principes LVDOVICVM IOHANNEM & IO. CAROLVM, quorum ſtudia & mores formaveras, ex Academia Gieſſenſi a PETRO I. Magno Ruſſorum Imperatore in Aulam ſuam vocatos, ILLVSTRISS. COMIT. IAGVSCHINSKIO, LOEWENVOLTIO, & MENOSCHERSKIO comitantibus, A. 1723. Petropolin comitatus es. Bis poſtea Legationem ſuſcepiſti, illam A. 1734. tempore obſidionis Dantiſcanæ periculoſo admodum curſu. Petropoli quidem ANNA IVANOWNA Ruſſorum Imperatrix clementiſſime te audivit; at quia etiam colloqui debebas cum Achille illo Haſſiaco, LVDOVICO IOHANNE, ſequutus eum es ex Perſia reducem per ampliſſimam Ruſſiam & Veraniam in Podoliam, ubi adverſus ſeditioſos & diſcordioſos Polonos exercitui Ruſſico præfuit. in qua Legatione mille & quadringenta milliaria Germanica emenſus es. Hanc A. 1738. comite PERILLVSTRI Vxore tua LOVISA,

nata

ıata BARONISSA de ROVSSILLON, in ſumma hieme
ıdminiſtraſti. In his, aliisque innumeris ac operoſis
ıegotiis & ſuſcipiendis & expediendis non minus prom-
us fuiſti quam felix, nec tamen liber ab odio ac invi-
lia, quibus ut plurimum premitur, qui pius eſt erga
)EVM & PRINCIPEM, atque integer vitæ ſcelerisque
ıuius. Quæ quidem vires tuas, moli onerum haud
mpares minime fregerunt, quippe omnia æquo tem-
)er animo tuliſti. Aſt id riſiſti tandem, quod tot an-
ıos rebus mundanis involutus, aliorum quidem com-
nodis magna cum cura, magnoque labore & ſudore
erviveris, tui autem & ſalutis animæ tuæ curam ex-
guam, vel certe non primam habueris, animumque
d illud CHriſti ζητειτε πρωτον την βασιλειαν τυ Θευ,
αι την δικαιοσυνην αυτυ leviter tantum attenderis.
Quare ſumma cum venia SERENISS. PRINCIPIS Tui mu-
ıus publicum ad tempus ſepoſuiſti, unum illud neceſſa-
ium omni ſtudio quæſiturus. SPIRAM præ aliis locis
eceſſum elegiſti, notam tibi jam, quum ante 28 annos
um PERILLVSTRI PARENTE Tuo, juſſu CÆSARIS a
ERENISS. HASSIÆ LANDGRAVIO huc miſſo aliquan-
liu vixeris. Multitudo & varietas ſpirituum, qui hac
etate in mundum exierunt, te de animæ ſalute ſollici-
um dubium ferme reddidere, atque fluctuantem; id au-
em effecere, ut relictis omnibus ſententiarum divortiis
d unicam S. Scripturæ certitudinem tanquam ex jactati-
ne in tranquillitatem, ex oceano in portum refugeris.
ſanc ſolam in manibus habes, hanc evolvis, hanc rima-
is & ſcrutaris dies noctesque. Nullum tempus, nullam
ıei horulam, etiam inter cœnandum, quin mediam ſæpe
ı noctem, elabi pateris, qua non ex divino hoc theſau-
o quædam depromas, mediteris, explices, & ore in-
efeſſo proferas, omnia animæ ſaluberrima. Ipſe, quan-
um officii mei ratio permittebat, quotidie ferme te vi-
i, audivi, miratus ſum, amice etiam quandoque tecum
iſputavi. Nec hoc tuum ſtudium nuda veritatum in-
eſtigatione, & inani verborum profuſione abſolvitur,
:d ipſo opere exſequi ſtudes, quæ S. Literæ, & in pri-
iis regulæ CHRISTI volunt. Ardorem ſanc imitatæ

pietatis tuæ tota civitas Spirensis novit, eumque copiose prædicare humilitas tua me vetat. Id interibi maximo mihi dolori est, quod propior illa societas, quæ hic biennium fere inter nos fuit, inopinato dirimatur. TROSTIVS noster abiit, TV abis, heu solus ego relinquor, ego misellus medio in Martis theatro. Esto. quo nos fata trahunt, retrahuntque, sequamur. Monumentum amicitiæ nostræ nunquam intermorituræ præsentes sint Poëtæ Consiliani S. Codicis interpretes. Ad tuum me accommodo statum, CONSILIARIE EXCELLENTISSIME, qui S. Codicem in summis deliciis habes, mira accuratione interpretaris, atque ceu unicam fidei ac vitæ normam candide sequeris. Inter hos Poëtas, LEGATE in RVSSIAM ILLVSTRIS, illustres etiam sunt Legati in varias Aulas Europæas. Sex & sexaginta Poëtæ Consiliarii sunt, mere ICti & Politici, Ecclesiasticos enim, & Medicos hic non tango. Extraxi illos ex penu bis fere mille ejusmodi Poëtarum, quos quatuordecim per annos quibus in Academiis vixi, multo labore congessi, & jam BIBLIOTHECAM POETARVM BIBLICORVM in ordinem redactam, fusiusque litteris consignatam ad typos paratam habeo. Ipsos auctores maximam partem oculis & animo perlustravi, ob eos in Bibliothecis tam publicis Argentoratensi, Lipsiensi, Jenensi, Halensi, Wittebergensi, Altorfina & Tubingensi, quam privatis Obrechtiana, Bartensteiniana, Carpzoviana, Struviana, Breithauptiana, Kratsiana, Pregizeriana, maxime vero Schvvarziana, ex qua sola Altorfii plus minus quadringentos a benevolentia CL. POSSESSORIS mutuo accepi. Non tenebo Te pluribus, VIR PERILLVSTRIS, nec chartæ angustia id permittit: ponam in extremo, quod sentio. TROPOBELLA, & sacer hic Poëtarum chorus oblectant, ut scio, aures & animum tuum mirifice, DEI namque, & tuam in me gratiam grato ore decantant. Vale, & ex tumultu bellico felix ad tranquillos lares tuos Hassiacos revertere, atque post maxima in ipso otio negotia in futuris negotiis publicis fruere quiete. Iterum vale, & mei meorumque ne oblivisscere, SPIRÆ 16 Martii 1744.

DE

Digitized by Google

DE

# POETIS CONSILIA.

## RIIS S. CODICIS INTERPRETIBVS COMMENTATIO.

ARATOR, Ligur, Dalmatarum Consiliarius & ad Theodoricum Gothorum Regem Legatus, floruit A. C. 550. Acta Apostolorum secundum Lucam duobus libris poëmate epico, eoque satis lucuento expressit, sæpius hinc inde typis descripta, Argentorati 1507. 12. cum Arrii Mendosæ commentario, Salmanticæ 1516. fol. Basileæ 1534. 37. 51. 57. 8. cum aliis in N. Testamentum poëmatibus a Barthol. Westhemero collectis ibid. 542. 8. cum G. Fabricii Poëtis Eccl. ib. 1564. 4. Lugduni 1553. 16. cum Juvenco & Sedulio ibid. 566. 1588. 12. Colon. 1573. 8. in Biblioth. magna Patrum Paris. 1644. in maxima Lugd. 1677. f. &c. *Robertus Arnauld Dominus d'Andilly*, Regi Galliarum a consiliis, Poëta eximius, vitam Iesv Christi metro Gallico complexus est, Parisiis 1634. 4. *Franciscus Baco Baro de Verulamio*, in Anglia sigilli Custos & Cancellarius magnus, virtute & eruditione clarus, spiritu haud vulgari Psalmos Davidis versibus Anglicanis reddidit, Londini *1625. 4.* Exstant quoque in ejus Opp. Anglic. *Ioachimus a Beust*, Electori Sax. & Principi Anhaltino a consiliis, publica luce do-

donavit Christiados libellum, sive Latina distichia in Evangelia anniversaria, unacum oratione Dominica, agone Christi ex Matth. 26. & Luc. 22. metaphratique Psalmorum 6. & 90, Wittebergæ *1571. 1572. 8.* Exstat etiam in M. Ezechiel. Vogelii Ephemeridibus, nec non in Deliciis Poet. Germ. Tom. I. p. 640. Idem libellus cum tertium excuderetur, accesserunt versiones metricæ, Græca & Hebraica, quandoque etiam Chaldaica, Syriaca & Arabica Abdiæ Prætorii, atque Germanica Ambrosii Lobvvasseri, Witteb. eodem anno *1572. 8.* ita sæpius recusus ibid. *1585. 1597. 1603. 1611. 8.* &c. Conf. Historia nostra Poët. Græc. p. *78.* sq. ubi simul spacimina dedimus. *Iohannes Bochius*, Syndicus Antverpiensis, egregius Poeta, publici juris fecit Psalmorum Davidis parodiam heroicam, cum observationibus physicis, ethicis, politicis & historicis in eosdem Psalmos, & vita Davidis Regis, Latine, Antverpiæ 1608. 8. excusam. *Franciscus Boivin Baro de Villars*, Consiliarius Virienſis, Threnos Ieremiæ circa an. 1600. rhythmis Gallicis edidit. *Augustus Callias*, Gallus, Principatus Sedanensis Consiliarius, struxit emblemata sacra ex libris Mosis excerpta, Heidelbergæ *1591. 16.* Sylvam mysteriorum IEHOVÆ ex oraculis divinis tralatitiam, & S. Bibliorum ordine digestam, Sedani 1613. 12. item ex oraculis N. Fœderis, ibid. 1613. 12. *Frider. Rudolph. Ludovic. L. B. de Caniz*, Regi Borussiæ & Electori Brandeburg. a consiliis secretioribus, Poëta suavissimus, versibus Germanicis illustravit Psal-

mos

Digitized by Google

nos 51. 73. 103. 139. 142. 146. quos reperies in ejus Poematibus Germanicis, Berolini 1700. 1712 1719. 8. Lipsiæ & Berolini 1728. 8. maj. impressis. *Alphonsus de Carillo Lasso de la Vega*, Eques S. Iacobi, & Consiliarius Hispanicus, auctor est metaphraseos poeticæ Psalmorum Hispanicæ, quæ post ipsius obitum lucem vidit sub titulo: Sacra Erato s. meditaciones sobre los Psalmos de David, Neapoli 1657. Vide Nic. Antonii Biblioth. Hisp. T. I. p. 11. & T. II p. 22. *Isaacus Casaubonus*, Gallus, post varia munia Regi Britanniæ a consiliis, in Græca litteratura versatissimus, Psalmos Græcos ad genium Pindari ac Sophoclis accuratissime expressisse dicitur ab auctore præfationis ad Heliconem Sileſiacum. At quantum scio, nunquam eos vertit Casaubonus, qua de re alio loco plura. *Iacobus Catsius*, Pensionarius Hollandiæ, ad Anglos Legatus, Vates excellens, Patriarcham bigamum sive Iacobi cum Rachaele & Lea conjugium ex Gen. 29. elegis, iisque nitidissimis delineavit. Exstat in ipsius Facibus August. cum Iac. Lydii Sermonibus conviv. Lugduni Bat. *1656. 4.* maj. item in Poemat. Belg. & Lat. sæpe excusis, nec non in Germanica translatione Poematum ejus Belgicorum, Hamburgi *1710. 1717. 8.* maj. & seorsum ex editione Christ. Græfii, Altenburgi *1669. 12.* *Iohannes Claus*, Principi Onolsbacensi a secretis, Psalterium Davidis in rhythmos Germanicos coegit, quod cura & cum præfatione Ioach. Camerarii prodiit Lipsiæ *1542.* in *8.* maj. cum summariis Viti Dieterici Norimb. in 8. cum

iisdem & indice Dav. Chytræi Francof. in 8. & sic jussu Ludovici Elect. Palatini, curante Conr. Lauterbachio, Heidelb. 1583. 8. *Iohannes Cochanovius* seu *Kochanovvsky*, Regi Poloniæ a secretis, primus qui in lingua vernacula poëtavit, Psalmos Davidis metro Polonico interpretatus est, Cracoviæ 1578. 1610. 1629. 4. *Daniel a Czepko*, Imperatoris Romani & Principum Wolavienſium Consiliarius, non infimi subsellii Poëta, splendere fecit septem sidera regiæ pœnitentiæ, sive metaphrasin poeticam septem Psalmorum pœnitentialium, Germanice, Bregæ 1671. 8. *Fridericus a Derschau*, Regi Borussiæ a consiliis, librum Hiobi rhythmis Germanicis inclusit hac fronte: Theatrum divinæ providentiæ, oder die historia des von Gott hart angegriffenen, aber dabey gedultigen, und zulezt gnædigst erretteten Hiobs, nach der verdeutschung Lutheri in reime gebracht, Regiomonti 1697. 8. Edidit & alia poemata sacra. *Johann. Otto Durrkopf*, Regis Daniæ Consiliarius Cameralis, Psalmos Davidis metro Germanico donavit, quos e MSCto defuncti publico dedit David Sassius, Hamburgi 1715. 8 *Nicolaus Frenicle*, Curiæ monetariæ Parisiensis Consiliarius, auctor est paraphraseos poeticæ Psalmorum Gallicæ, Parisiis 1661. 12. excusæ. Eodem etiam penicillo Christum crucifixum ib. 1636 12. expinxit. *Reginaldus Gaillard Dominus de Chaudon*, Gallus, Nobilitatis provincialis Syndicus, emisit Pieces fugitives Parisiis 1704. 12 ubi Part. 3. comparet paraphrasis Iobi, Proverbiorum

